

71
runt. Sparfosq; ex editioribus urbium turribus uiderunt ignes: tum uero
uelut urbes ipse cum agris conflagrarent (Veris etiam maiora: ut fit affere
bant: Amissam Aquileiam hostem aduentare) agitare ceperunt noua qui
q; consilia & ad fugam omnia. Alii per mare in alienas terras: alii transal
pes: quum Italiae non satis fiderent. Hic uero multi mortales Aquileien
sium exemplo: qui charissima quaeq; apud Gradum ante deposuerant:
animum & ipsi conuertere ad littora: atq; insulas urbibus obiectas. Ibi
tatis per futuri cum uxoribus & liberis: quoad nimbus hic atq; tempestas
imminens solueretur. Accinguntur omnes operi. Complentur littora:
Insulaeque omnes. Loca legunt aut sortiuntur. Casas construunt: tecta que mo
liuntur tum maiora: tum minora: Faber iam sibi quisque: Tum naues con
trahunt omnis generis. Minores: quibus ab urbibus ad littora traiciant:
Maiores ut si eos ad littora persequatur hostis: tum sese in altum proripi
ant & alienas terras petant: ut cuiusque tulerit fortuna. Interea uero con
sumptis omnibus circa regionibus: Quum nihil iam amplius: quod rape
ret barbarus haberet: ut ad famem periculosum in bellis malum uidere
tur spectare res: Relinquere uero obsidionem haud placeret: Consilium
capit relinquendi copiarum partem ad Aquileiam. Cum reliquis autem
urbes alias aggrediendi: Quarum expugnationem minoris operis spera
bat fore. Primo igitur Concordiam ducit. Distabat haec Ciuitas ab Aqi
leia. xx. pass. mil. Nihil accidit oppidanis inopinatum. Complures enim
dies hostem expectauerant. Hic uero scribunt nonnulli decem & septem
millia amisisse. In praelio uero: an in urbis expugnatione non dicunt. In eo
concordant omnes uel integra ciuitate: uel ab Athila iam oppressa: Mul
tos ex hac quoque mortales ad mare dilapsos: littus quod erat e regione ci
uitatis tenuisse: Vicumque Caprulas appellatum quod deinde nomen op
pido mansit. Licet nonnulli tradant petroniam postea dictam. Vicit ta
men antiquitas: & priscum nomen retentum. Ingressus Concordiam Bar
barus: ferro ignique tectis immisso: omnem urbem funditus euertit. Conspi
ciuntur nunc eius uestigia: tum parua: tum rara. Opitergii eadem fuit for
tuna. Et ipsi uiribus diffusi: aduersam littoris partem infedere Sequitum
quoque in id oppidum: & in urbem ceteram paulum ab eo distantem. Equi
lum aedificatum ex opitergii ruinis ciuitas & ipsa littora. Tum ad Altinum
ducit nobilem ciuitatem prius Antenoridem uocitatem. Licet Seruius
grammaticus patavinus dicat primis temporibus eo nomine ufos. Erat Al
tinum: ut ex Strabone uidere licet: ad speciem Rauennae tota: fere inter
paludes. Sed ea de qua loquimur tempestate redacta magna ex parte in
continentem. Ibi oppidanos repperit fossis & aggeribus intercisis: palu
des circumquaque admissas accepisse: & reddidisse pene inaccessibilem. Sed
cum uiderent omnem hostium multitudinem accingi ad implendas & cra

concordia capulas trinit